



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

2 De diuisione seu distinctione personaru[m] ratione ætatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](#)

- g can. infamis, §. tria, 3. q. 7. fæmina, dere- A  
 gul. iur. l. 1. §. 1. ad senatus cons. Velleia. P.  
 lib. 36. tit. 1.  
 h ca. mulier 23. distinct. ca. mulier, de con-  
 secre. dist. 4. dicto ca. mulierem 33. q. 5.  
 i cap. noua quædam, 10. de pœnit. & remis-  
 sio. cap. de monialibus, 3. de sentent. ex-  
 communica. libro 5. titul. 39.  
 k c. dilecta, 12. de maior. & obedien. lib. 1.  
 tit. 3.  
 l casasratas, & ca. mulier, 23. distinct. B  
 m ca. statuimus, causa 20. q. 2.  
 n ca. mulierem, 34. q. 5. l. cum prætor, §. mo-  
 ribus, de indic. P. l. fæmina, de regul. iur. l.  
 fin. C. de arbit. nisi aliquam mulier nobilis,  
 haberet inhaerentem suo feudo vel patri-  
 monio iurisdictionem, in qua iudicaret ex  
 consuetudine vel præ privilegio, ut in c. dilec-  
 ta, & c. dilecti filii, de arbitris.  
 o fæmine. deregul. iur. P.  
 p l. 1. & 4. & fere toto titulo, ad senatus con- C  
 sult. Velleia. C. dicto ca. mulierem 33.  
 quæst. 5.  
 q ca. de crimine, 15. q. 3. l. de crimine 12.  
 qui accusare non poss. C. lib. 9. tit. 3.  
 r alienam, C. de procurator. nisi in casu le-  
 gis fæminas, eod. titu. P. aliquid tamen  
 iure pontificio admittitur procuratrix, ut  
 in cap. dilecta, de confirma. vti. vel in utili.  
 s can. Infamis, §. tria, 3. q. 7. l. 1. §. sexum, de  
 postula. lib. 3. P. tit. 3. & ibi origo prohibi- D  
 tionis referiur ad Caiam Afraniam im-  
 pudicam mulierem, de qua & tractat Va-  
 lerius Max. lib. 8. cap. 3.

DE DIVISIONE SEV  
DISTINCTIONE PERSO-  
narum, ratione ætatis. a

Tit. III.

- a Huc referri possunt quæ ætatem considerant ut  
 existat titulus, de etate & qualitate ordine pre- E  
 ficiendorum lib. 1. decretalium tit. 14. & lib. 1.  
 Sexti. tit. 10. & in Clement. lib. 1. tit. 6. titulus de  
 desponsatione impuberum lib. 4. decretalium tit.  
 2. & libro quarto, Sexti. titul. 2. de Minoribus  
 25. annis lib. 4. pandect. tit. 4. Si minor semiaio-

rem dixerit, vel probatus fuerit lib. 2. C. tit. 43.  
 debis qui veniam etatis imperauerunt. lib. 2.  
 C. tit. 45. qui etate se excusant lib. 5. C. tit. 68.  
 qui etate vel professione se excusant lib. 10. C. tit.  
 49 de etate inuenientum officialib. 1. iuris. orien-  
 talis bona fidei, in constitutione prima Alexii  
 Comneni.

C A P V T I.

Ætatum distinctio.

V T intelligent, facilius iuxta proposi-  
 tum scopum harum institutionū pa-  
 rū in iure pontificio exercitati, quomodo  
 ætates personarum distinguuntur: volui  
 pauca ex aliis cum nostro iure conferre,  
 quæ non sunt omnino aliena sed velut in e-  
 cellaria. Natura, ex temporum & anno-  
 rum lapsu, quandam inter personas distinc-  
 tionem constituit obseruandam, vbi &  
 status ætatis hominis constituitur, a & di-  
 uersa eius consideratio. Quare & ætates  
 varie a philosophis, medicis, legislatori-  
 busque distinctæ, habita ratione negotiorum,  
 quæ ætatum varios terminos consti-  
 tuui suaserunt. b Iurisconsulti considerant  
 in genere tres metas ætatis: pueritiam, ju-  
 ventutem, & senectutem. c Pueritiæ plena-  
 nam in fauorabilibus, prorogant ad 18.  
 usque annum, d ubi & plena pubertas pon-  
 nitur. e Intra fines huius plenæ pueritiæ  
 tres distinguuntur aliae minores ætates: &  
 ponitur infantia & infans, usque ad se-  
 ptennium a nativitate. f Postea sequitur a  
 septennio pueritia & puer, impubes & pu-  
 pillus iurisconsultis, h usque ad 12. annum  
 in fæminis, & ad 14. in masculis, quo tem-  
 pore dicuntur puberes, i & adulti. k Pu-  
 beres tamen iure pontificio, quod perti-  
 net ad nuptias inuenientas, non annorum  
 numero sed ex potentia generandi citius  
 aut tardius iudicantur. l At puberes respe-  
 ctu maioris ætatis, minores 25. annis, vel  
 absolute minores, dicuntur. m Item adul-  
 ti & eorum ætas adulta. n Postquam vero  
 25. attigerint annum, dicuntur maiores.  
 o Et legitimæ ætatis quæ in 25. anno con-  
 stituitur. p Post 25. annum accedit iure

ciuilli virilis ætas, q̄ iure canonico vero in  
30. anno r̄ vsque ad 46. quo senilis ætas in-  
cipit: senilis tamen ætas interdum 50. in-  
terdum 60. interdum 70. vel plurium an-  
norum dicitur, habita ratione negotio-  
rum quæ senibus sunt iniungenda.

## S C H O L I A.

- a in l. cū de etate, 13. de proba. P. li. 32. tit. 1. 3.
- b istas diuerditates, & sententias fū, & expli-  
casimū lib. 4. preludiorum optimi iuris-  
consult. capit. i 1. & 12.
- c l. cum hi, 8. §. modus autem, de transactio.  
lib. 2. P. tit. 15. similis distinctio Servii  
Tulli regis Romanorum in censu habendo,  
apud Gellium lib. 10. noctium atti. ca. 28.
- d l. 1. §. initium, de postulan. lib. 3. P. tit. 1. l.  
Meta. 14. de aliment. & cibar. lega. lib.  
34. P. tit. 1.
- e l. minorem, de adoptio. apud Iustinia. l. ad-  
rogato patrefamilias, 40. §. nontantum, eo  
titul. de adoptio. Pandect.
- f l. si infantī, 18. de iure delibera. lib. 6. C. tit.  
30. Infantis etas nullius usus dicitur, l. si  
infanis, 55. de usufruct. lib. 7. Pandect.  
titul. 1. atatemque infirmam puerorum,  
puellarum, & senum, dixit Paulus iuris-  
consult. in l. ciuitatibus, 123. de lega. 1.
- g & decennis in capit. primo, & 2. de delictis  
puerorum libro 5. titul. 33. dicitur &  
in iure pontificio puer aliquando usque ad D  
14. annum, can. pueri, 22. questio. 5. & in  
cano. 121. pueri, 1. questio. 1. vide & ibi  
glossam, & notata in ca. in veteri 77. dis-  
tinctio. & in cap. indecorum de etat. &  
qualit. ordin.
- h l. qui duos impuberes, 13. de vulga. libro  
28. Pandect. tit. 1. dicuntur & pupilli, in  
l. 1. de administrat. tutor. P. l. pupillus, de  
verbis signific. Pandect. l. 2. & l. in pupil-  
lari, de vulg. P. cum similib.
- i l. fin. C. quando tutor. esse desinat lib. 5.  
titul. 60. §. fin. quib. mod. intel. similitur  
apud Iustinia.
- k l. 1. de administratio. tutor. lib. 26. P. tit. 8.  
l cap. puberes, de despensatio. impuber.

A m toto titulo de minoribus 25. annis, iniure  
civili.

n can. 1. & 2. 20. questio. 1. & glossa singu-  
laris in principio dicta quest. 1. explicat.  
o titulo, ex quibus causis maiores, & c. cum  
similib.

p l. final. de his, qui veniam etat. impetraver.  
C. l. quero, 32. §. fin. de testam. tutela. libro  
26. Pandect. tit. 2. §. 2. eo si. apud Iustinia.  
Dicitur absolute etas, in nonella. 100. de  
tempore non solute pecunia, cap. 2. item &  
perfecta etas, in l. minor, 25. annis, 32. de  
minor. 25. Pandect. & robusta. in l. si ma-  
ritus sit, 15. §. lex Iulia, ad leg. Iul. de adul-  
ter. libro 48. titul. 5. dicitur & nibilomi-  
nus alia legitima etas, a lege definita pro-  
no quoque ad lugendo, ut pubertas legi-  
tima etas in matrimonio, cap. de illis, 7. de  
desponsa. impub. legitimum quippe dici-  
tur, quod ex lege sustineatur & fit. l. legiti-  
ma de pact. P. l. 1. de condit. ex lege. P.  
q l. 1. & l. de etate, 43. de minor. 25. annis.  
r in Concilio Agathensi cap. 17. cano. episco-  
pus, 77. distinctio.

s notat glossa. ad l. si paterfamilias, ad verbum  
sexaginta, de adoptio. libro Pandec. tit. 7.  
l. prima, §. final. qui etat se excus. lib. 10. C.  
vide glossam in proœmio Sexti decretalium  
§. nos ad apicem, ad verbum, perfe-  
ctius.

## C A P V T I I .

De quo componantur etates.

L Eue eslet admonere etates ex lapsu  
horarum, annorum aliorumque per-  
fici temporum, nisi iura aliquando hac  
accurate distinguerent, & ciuilem etiam  
etatem, præter naturalem ordinariam de-  
finirent. Interdum enim potestas vel ve-  
nia principis temporis & etatis annos  
supplet, a aliquando dispensat, b interdum  
ius naturalem malitiam annos supplere  
declarat, c ut & prudentiam, d alicubi &  
liberorum susceptionem numerum an-  
norum accelerare & supplere: e sunt & alia  
his similia quæ facile patent,

Scho-

S C H O L I A.

- a l. 1. & 2. de his qui veniam etat. impetraver. lib. 2. Cod. titulo 45. l. tertia, de maioribus. 25. annis, formula & causa rescripti venia etatis, exstant apud Cassiodor. lib. 7. Variar. epist. 47.
- b ut in cap. 1. de etat. & qualitat. ordinantur in Sex. cap. cum vicesimum, 41. de officio delega. lib. 1. titul. 3. 4. l. quidam consulebat. 57. de re indicat. lib. 42. P. titulo 1.
- c cap. de illis, 9. de despontat. impuber. l. 3. si minor se maiorem dixer. C. illudque in matrimonio carnalis non spiritalis obtinere notavit gloss. in cap. ex eo, de elect.
- d cap. fin. de despontatio. impuber. l. 1. de his qui veniam etat. impetraver. C. l. unicuique, de proximis sacerdoti. scrinior. lib. 12. C. titu. 9. cano. monachus, 77. distinctio.
- e l. 2. de minor. 25. annis P.

C A P V T I I I.

A quibus etatum consideratio habenda.

**A** Etates consideranda sunt & definitae secundum ea, quibus quis se ipsum sufficere dijudicabit, ut conuenientia etati personæque, quam gerit, faciat. a Præsumtio namque est pro etate, ut talis quis reputetur, qualem etas in qua viuit, exigit. b In aliis vero negotiis, in quibus alterius interesse in definitione etatis potest, juris sequenda distinctio: sive per iudicibus committitur definitio, quando dicitur quis senex ad testimonium dicendum, vel ad evitanda aut subeunda munera publica, vel priuata. c

S C H O L I A.

- a Ex studiis suis quilibet cognoscitur, &c. cap. ex studiis, 3. de præsumt. lib. 2. tit. 23. c. cum in iuuentute 15. cod. tit.
- b dicto cap. cum in iuuentute. Et pro senili etate iudicatur senex prudens, donec de contrario constet. l. si chorus, §. 1. de lega. 3. P. argumento can. fraternitatis, 34. distinct. can. de quibus, 20. distinct.

A c gloss. in cano. nos ad apicem, in verb. perfectus, in proœmio Sexti Innocentius & Johannes Andreas, ad cap. quoniam frequenter, ut lite non contest. unde gloss. ad. si pater familias, ad verbum sexaginta, de adoptio. P.

C A P V T I I I I.

Modus computandi etatem.

**M**odus computandæ naturalis etatis B 25. annis, aliquando est de momento ad momentum natuitatis, quando agitur de restitutione in integrum minoris prætextu etatis a & in quibusdam aliis. b Aliquando annus cœptus pro impleto habetur. c Personarum interdum fauor aut odium, quando etates cœptas vel exactas vel completas esse debeant admonere poterunt. d Probationes lucem his adferent, & causa cognita, veritatem in arduis excuti oportebit, & ex eo potissimum annos computari oportebit, ex quo præcipuum fidem in eare constare credibilius videtur. e Solent probari etates ex libello seu descriptione natuitatum filiorum, quibus parentes ut plerunq; vtuntur. f Vel ex descriptione curionis, qui natos baptizat. g Fiebat & olim fides eius ex professoribus, quibus scribatur etas eorum, qui censum præstabant: h fiebat item & aspectu corporis, i quæ tamen fallax esse potest. Admittitur & professio matris, k & obstetricum, qui intersunt natuitatibus. l Accedunt & testes aliaq; probata documenta, quæ exhibentur pro testibus. m Probat autem etatem, qui eam talem inesse proponit. n

S C H O L I A.

- a l. 3. §. minorem, de minoribus 25. annis, lib. 4. P. titulo 4.
- b ut in excusationibus tutorum, l. qui filium & filiam, 74. §. fina. ad senatus consul. Trebell. P. l. 2. §. excessisse, de excusatio. tutor. & in testamento condendo, m l. qua etate 5. de testam. P. in manumissionis etate, in l. prima. de manumissio. lib. 40. P. titulo 1.

- c ut in honoribus & muneribus deferendis. A gor. Et in cap. inuenis, cap. sponsam, de sponsalib.  
Lad rem publicam, 8. de munerib. Et ho-  
norib. lib. 50. P. tit. 4. Et in specie prædict.  
l. qui filium. §. fin. ad Senatusc. Trebell.  
d vide qua tractantur ad l. anniculus. 134.  
Et ibi Formerum, de verb. signifi. P.  
e l. cum de etate. 13. de probatio. P. l. de etate,  
43. de minor. 25. P.  
f l. 2. §. etas, de excusatio tutor.  
g ex constitutione Francisci. 1. Regis Gallo-  
rum edita. 1539.  
h in l. 3. Et 4. de censibus lib. 50. P. titu. 15.  
vide cap. 2. duci Luce. Et edictum Augu-  
sti Caesaris, super professione.  
i l. minor, 25. annis, 32. de minor. 25. annis. P.  
k l. etiam matris professio, 16. de prob. P.  
l de quibus l. 3. §. 6. de Carbontia, edict. P.  
m l. 2. C. de his qui veniam etatis impre-  
uer. l. 2. §. etas, de excusatio. tutor. P.  
n l. cum te minorem, 9. de probatio. lib. 4. C.  
tit. 19. l. si minorem, 4. de in integr. resti-  
tutio. C. vide Balaum, cons. 66. in 3. volu-  
mine, Lucam de penna, in l. 1. deside in-  
strumento. lib. 10. C. Regula quippe est ge-  
neralis, agenti & dicenti incumbere pro-  
bationem, l. qui accusare, C. de edendo. l. 2.  
de prob. P. l. aëter, 23. C. ed. tit.

## C A P V T V.

## Questio de etate in pluribus.

**I**nfinita pro tempore negotia occur-  
rent in utroque iure, quæ aratum distinc-  
tionem postulant: ut infans considera-  
tur in sponsalibus prohibitis & in excusa-  
tione paenitentia delinquit. b Considerat &  
ius pueritiam in mitigandis paenitentia pupi-  
lorum; & utque & illi non cogantur iura-  
re, d ut sit pueritia perfecta 17. annorum  
in iusto procuratore & neque quis ad sacros  
ordines ante plenam 18. annorum pro-  
moueat. f considerantur & diuersæ æ-  
tates in diuersis sacris ordinibus & in be-  
neficiis. g

## S C H O L I A.

a cap. de deffensione imparber. apud Gre-

- B
- gor. Et in cap. inuenis, cap. sponsam, de sponsalib.  
l. infans, 12. ad legem Cornel. de sic. lib.  
48. P. tit. 8. l. pen. in fine de fidecommisar.  
libert.  
c tit. de delict. pueror. lib. 5. tit. 33. l. autfa-  
cta, 16. §. persona, de paenit. P. lib. 48. P. tit.  
19. l. 7. C. cod. tit. l. 1. §. impubes, Et exci-  
piuntur, ad Senatusconf. Syllania. pueri  
infra 14. annum, cano. pueri. 120. Et ibi  
gloss. 1. q. 1. c. indecorum. de etate Et qual.  
d can. pueri causa 22. q. 5.  
e c. quigenerali, in fine, de procur. in Sex. l.  
1. §. initium, de postula. in P.  
f d. c. pueri, 120. 1. q. 1. Clem. generalem, de  
etat. Et qualita.  
g toto c. cum in cunctis, de electio. nos in be-  
neficiis Et in superiori libro dum de bene-  
ficiis agimus. 27. c. 17. Et in præludio  
optimi iuris. iam explicauimus.

D E D I V I S I O N E P E-  
R S O N A R V M , E X S T A T V N A-  
T I U T I T A S & C I U I L I S A D I E C T I O N I S .

## T I T . III.

- a Huc referri possunt tituli. Qui filii sunt legitimi  
lib. 4. decretal. tit. 17. de naturalib. liberis &  
matribus eorum, & ex quibus causis insuffici-  
untur lib. 5. C. tit. 27. quibus modis naturales ef-  
ficiantur sibi. Et de eorum ex testamento sine ab-  
intest. successione Nouella 89. Quibus modis natu-  
rales efficiantur legitimi & supra illos modos 74.  
Nouella de filiis ante instrumenta dotaria natu-  
rales 19. de cognatione legali, li. 4. deer. tit. 12.  
de adoptionibus. lib. 1. institutio. Iusti. tit. 11. & 1.  
P. tit. 7. & lib. 8. C. titu. 48. De patria potestate  
in institut. Iustitia. lib. 1. tit. 9. & tit. 8. C. lib. 47.  
de cognatione spirituali lib. 4. decretalium tit. 11.  
& lib. 4. Sexti. tit. 3.

## C A P V T I.

- E
- G eneratio quidem omnibus naturalis  
& vna est, vt masculi & foeminae con-  
iunctio: at inter homines, non omnis con-  
iunctio permisita, sed tantum quæ est ma-  
trimonii: a quæ cum ratione conueniente  
naturæ humanae, legitima dicitur. b alia  
illegitimæ